



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Praerogativa Seu Graduatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Ad decimum, respondetur quod sic; Nav. *con. 7. de iudice deleg.* non hoc faciat ex commissione superioris, imò etiam laicus, *cap. mulier, 23. dist.*

## PRÆROGATIVA SEU GRADUATIO.

PRimò, prærögativa, seu graduatio factis est in consideratione apud Romanam Curiam, circa collationem beneficiorum ibi vacantium, quæ licet ante Conc. Trid. erat infrequentiori usu, propter expectativas, & mandata de providendo, tamen hodie etiam sibi locum vendicat, circa concurrentiam ad vacantias beneficiorum in Urbe, ut hac in praxi de ea aliqua habeatur notitia, licet remissivè. Dico, quòd de prærögativa, vel graduatione, tam graduum literatum, sive scientiarum, artium, & facultatum, familiaritatum, & nobilitatum, & quomodo practicetur, videndus est Staph. *de liter. grat. a fol. 11. usque ad folium 158.* & Gom. *de eodem tract.* quia faciliùs Papa concedit beneficia Doctoribus, *cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect.* Caputaq. *dec. 177. 1. par.*

Secundò, prærögativæ honoris quot sint, vide Gemin. *in cap. 1. ver. quæro quæ, de offic. leg. 6. ubi ex Host.* enumerat undecim. Prima, prælationis; secunda, dignitatis; tertia, temporis; quarta, antiquitatis; quinta, consecrationis; sexta, manus excellentis impositionis; septima, majoris ordinis; octava, recognitionis feudi, ubi laicus tenetur clerico, & è contrà: nona, magisterii, sive

instructionis: decima, honestatis, sive sanctitatis: undecima, honoris, ut Legati & Cardinales: ista deserviunt pro & quando in jure, vel in Bullis fit mentio de honore prælationis pro practica.

## PROFESSIO.

PRimò, quando in Regularibus obliget professio, & num omnis professio? Respondetur præpositis, quæ dicta sunt superiùs *in vers. Moniales, §. 2.* quòd professio sollemnis obligat Regularem ad omnia onera Religionis, cujus professionem emisit, patet juribus vulgatis, & Sylvest. *in ver. Religio, 3. per totum.* Secundò, quòd obligat ad observantiam, *cap. 19. sess. 25. sac. Conc. Trid. de reform. Regul.* imò quòd quinquennium illud, de quo ibi, non possit prorogari, & obligat etiam eos, qui exierunt ante confirmationem Concilii à Religionibus, ita sac. Congr. *declar. 410. §. non dentur.* Sed hoc quinquennium non currit legitimè impedito, quin possit etiam, eo elapso, reclamare. Navar. *loc. cit. vers. 2. & 3.* Tertiò, quòd professio tacita etiam obligat ad observantiam illius *cap. ita in facto responsum fuit ab ead. sac. Congr. in quadam causa, dum essem Romæ, de mense Maii, 1589.* Navar. *in c. nullum. nu. 77. 18. q. 2. & in c. statuimus, notab. 20. nu. 75. ver. 2. & col. 35. de reg. & si exeunt, & deponunt habitum, sunt apostatæ, & subjacent censuris.* Nav. *de reg. com. c. 27. nu. 18. ver. 26.* Quartò, quòd regulares, qui sunt ejusdem ordinis, qui requirat professionem,

Aaa 3

si faci-